



La Santa Sede

PREGHIERA DEL SANTO PADRE BENEDETTO XV ALL'APOSTOLO SAN PIETRO, PRIMO PAPA

Giovedì, 27 aprile 1916

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum divinus Redemptor noster universae Ecclesiae, quam pretioso suo sanguine fundavit, primum Pontificem ac Rectorem Beatum Petrum instituerit, nihil antiquius esse ducimus, quatenus ut fideles auxilium eiusdem Apostolorum Principis implorent. Opportunum est enim, sive ad fidem integre servandam, sive ad Sanctam Matrem Ecclesiam constanti veneratione et amore prosequendam, illius opem impetrare, qui et Christum Filium Dei vivi ardenti animo confessus est, et ipsius Ecclesiae petra ac fundamentum constitutum fuit. Preces igitur, quae subiiciuntur, propensa voluntate excepimus, easque caelestibus thesauris, quorum custodiam Nobis Altissimus divinitus commisit, libentes locupletamus. Quare de consilio etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Inquisitorum Generalium, omnibus ac singulis ex utroque sexu Christifidelibus, qui corde saltem contriti infra descriptam precationem quolibet idiomate, dum modo ea sit ad verbum expressa, ubique terrarum recitaverint, trecentos dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentibus in forma Ecclesiae consueta relaxamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Praeterea ne quid in posterum immutationis vel erroris in easdem preces inducatur, earum exemplar in tabulario Brevium Apostolicorum asservari iubemus.

Preghiera all'Apostolo San Pietro, primo Papa.

«O glorioso S. Pietro che in premio della vostra fede viva e generosa, della vostra profonda e sincera umiltà, del vostro ardente amore foste da Gesù Cristo contraddistinto coi privilegi più singolari e specialmente col principato su tutti gli Apostoli, col primato su tutta la Chiesa, della quale foste pure costituito pietra e fondamento, otteneteci la grazia di una fede viva, che non abbia timore di palesarsi apertamente nella sua integrità e nelle sue manifestazioni, e dare all'occorrenza anche il sangue e la vita anzichè venirmeno giammai. Impetrateci vero attaccamento alla nostra Santa Madre Chiesa, fate che ci

teniamo sinceramente e sempre strettamente uniti al Romano Pontefice, l'erede della vostra fede, della vostra autorità, unico vero Capo visibile della Chiesa Cattolica, che è quell'arca misteriosa fuori della quale non v'è salvezza. Fate che noi ne seguiamo docili e sottomessi gli ammaestramenti ed i consigli, e ne osserviamo tutti i precetti, affine di potere qui in terra aver pace sicura e tranquilla, e giungere un giorno all'eterna felicità in Cielo. Così sia ».

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXVII Aprilis MDCCCXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI,
a Secretis Status.

L.+ S.

Copyright © Libreria Editrice Vaticana

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana